



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Dionysius Areopagita. 9. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

ejurat. Mox jejunis & vigiliis corpus defluens  
vultum non jam gratiae , sed pallor , squalor , ma-  
ciesque insidere , nihil jam in totâ fronte rubet;  
præter præteriorum memoriam. Nempe obstre-  
pere hic Veneris puer , desertum se fide non bon-  
queri , formam se , opes , amores dedisse: ipsa  
probra , contemptum , odiumque ingratam reper-  
dere. Sed virum scilicet invent. Nam sparsa om-  
ni in egenos auro, laqueos amantium , capillo-  
scidit, feminam cum veste exuit, Pelagium se dixit,  
vitæque reliquum Hierosolymis inter summas vite  
asperitates egit, in illo monte , qui ab olivetis no-  
men habet, ab ipso Christo dudum edocta , ad ce-  
lum illinc ascendit. Ex Surio.

*Quidquid animo ex praesenti saeculo arridet, et  
consideratione aeterni ignis amarescat; quidquid in  
mente pueriliter hilarescit, disciplina censura cur-  
cent; ut, dum sponte temporalia fugimus, aeterna  
gaudia sine labore capiamus. S. Greg.*

S. D I O N Y S I V S A R E O P A G I T A ,  
9. Octobris.

**I**S est Dionysius , cui nomen Areopagus fecit;  
vir inter Athenienses eximie doctus, & fide-  
rum contemplationi addictus. Quare eo tempo-  
re quo omnis natura morientem Christum lug-  
bat, exclamasse fertur, aut Deum laborare, aut man-  
dum ruinam meditari. A Paulo deinde CHRISTO  
additus, praesesse novitio Christianorum gregi  
Athenis jussus est. Ajunt cum Apostolis abe-  
re in celos VIRGINI adfuisse. Certè eam vidille,  
aspectuq; tam augusto attonitus , ingenuè scribi-  
tur affirmasse , pro Deo hanc habiturum se fuisse,  
nisi fides Deimatrem esse suggestisset. Paulo etiam

10.00  
commu-  
nit Ne  
pauli c  
us Por  
vincul  
na for  
rant,  
na de  
is obj  
num u  
tem ac  
cruce,  
CHRI  
D. Pa  
lid me  
Angeli  
bus pa  
verit,  
dot, E  
Cruc  
mom  
10. non  
sur fa  
tiorum  
S. T  
H  
ca  
sto.  
pū ad  
precib  
huc pu  
tio dec

us defluens  
qualor, mo-  
unte rubens,  
npe obstre-  
e non bon-  
diffe: ipsam  
atam repre-  
spario on-  
capilloin-  
um se dimit-  
summas vita  
oliveris no-  
cta, ad ce-  
arrideret, ex  
guidquid in  
nsura cur-  
sus, aterna  
GITA,  
pagus fecit;  
, & fide-  
eo tempo-  
istum luge-  
, aut man-  
CHRISTO  
rum gregi-  
lis abeu-  
am vidile,  
nue senbi-  
se suisse,  
aulo etiam  
com-

commori cupidus Romam advolavit. Sed præver-  
tit Neronis crudelitas, qui spem tantam in Paulo  
mis decollavit. Galliam ergo cum jussu Clementis  
Pont. adiisset, annos numerans X. supra centum,  
vincula primò tulit, tum verbera; utraque Christia-  
na fortitudine. Exinde ferreo, cui flammæ subjectæ  
trant, lectulo incubuit; sed suaviora numquam som-  
nia de cælo, quam tunc vidit. Ita semiustulatus fe-  
ris objectus est, sed has etiam virtus demolit. Iterum in flamas missus, aurum exivit. Post in cru-  
cem actus, cruce scilicet gravius habuit deponi è  
cruce. Ad extremum cum sacrificantem in carcere  
CHRISTVS spectabilis animasset, non minus mortis  
D. Pauli, quam vitæ æmulus, gladio occubuit. Il-  
lud memoratu dignum, quod abscissum caput inter  
angelorum accinentium comitatus, suis ipse mani-  
bus passus bis mille ad destinatum tumulum portar-  
erit, novo miraculo & funus idem & funeralis du-  
ctor. Ex Hilduino. & opere Marian. Canis.

Crucifixum intueamur, ut à peccato sanemur:  
quomodo qui intuebantur serpentem aneum in deser-  
to, non peribant morsibus serpentum: sic qui intueni-  
tur fide Christi mortem, sanantur à morsibus pec-  
tatorum. S. August. in Ioan.

## S. THEOPHILVS CONF. 10. Octobris.

HVC oculos & filii & parentes! Speculum  
commune utrisque hodie THEOPHILVS  
et. Trimulum & sacræ undis ablutum parentes  
pui ad Stephanum Eremi incolam abduxerunt,  
peccibus Deo jam-tum initiandum. Nimirum ad-  
huc pueritiam immaturam cælo credemus? Ter-  
tio decimo ætatis anno needum exacto, sub Ste-  
phanii